



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 54. Romæ agitur annus sacer.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Sæcul. XIV. gradu adeptus, ex Archidiacono Bituri.  
A. C. 1390. censi anno 1373 Lutevanus, tum Ave-  
nionensis, anno 1384 Aniciensis Episco-  
pus evasit, nunc Cardinalis de S. Petro  
ad Vincula.

## §. LIV.

*Romæ agitur annus sacer.*

Th. Niem.  
c. 62.

Per totum hunc annum sacrum 1390 Roma magnum videbat concursum peregrinantium ad consequendam indulgentiam, cuius initium a Natali Domini anno priore duci voluerat Urbanus VI in nova sanctione sua. At ex iis tantum regionibus, quæ illum agnoverant Papam, pii venerunt hospites, præsertim ex Germania, Hungaria, Polonia, Bohemia, & Anglia. Dona pretiosa sunt Romanis allata templis, quorum reparations inde aliquæ siebant. Sed maxima illorum pars venit in manus Papæ Bonifacii. Quamvis hæc munera grandem vim auri & argenti conficerent, in regiones tamen varias missi ab illo rogatores indulgentiam vendebant iis, qui volebant tantum solvere, quantum fuisse insumentum in Romanum iter. Sic ingens conflata est pecunia, fuitque provincia quædam, ex qua rogatores plus ducenta florinorum aureorum millia congefferunt. Perhibebant enim se posse condonare peccata

cata omnia sine alia expiatione, ac tol- Sæcul. XIV.  
A. C. 1390.  
lere quamlibet inhabilitatem ad sacra mi-  
nisteria. Romam reversi rationem acce-  
pti reddebat Papæ: sed aliquos compe-  
rit infideles, quos carceri addixit: alios  
concidit populus: quidam se necarunt  
ipsi, aut alio miseræ mortis genere in-  
terierunt.

Rogatoribus istis similes dabantur Re- Rayn. n. 2.  
ligiosi Mendicantes, secularesque Cleri-  
ci; qui a Papa, vel Legatis ejus missos se  
dicebant, & potestatem jactantes suam  
seu veram, seu falsam pro pecunia, eaque  
sæpe parva absolvebant quosvis homines  
a quibuslibet noxis, nulla habita ratione  
atrocitatis scelerum, aut doloris sotium  
aut restitutionis, vel satisfactionis debitæ.  
Pro levi etiam compensatione faciebant  
gratiam votorum castitatis, abstinentiæ,  
sacræ peregrinationis, omnisque generis:  
pacem ecclesiasticam reddebat hæreti-  
cis, ac schismaticis neglecta ejurationis  
formula: delebant natalium notam: la-  
xatis legibus permittebant conjugia in  
gradibus vetitis: denique omne gratia-  
rum genus conferebant pro pecunia:  
quam nomine ærarii Apostolici capere se  
ajebant; sed rationem illius edebant nul-  
lam. Papa comperta re Benedictum Fer-  
rariæ Præfulem, Ecclesiæ Romanæ per  
Æmiliam Quæstorem jussit in hos frau-  
dulentos homines summatim inquirere,

repo-

Sæcul. XIV. reposcere ab eis rationes, fontesque com.  
A. C. 1390. pertos carceri mandare. Scribebat 19  
Octobris. Simile mandatum dedit Bel-  
traniæ Comi, Gerardo Raceburgi Epis-  
copis, Nicolao Messanensi, Gerardo Hil-  
desiensi, aliisque.

## §. LV.

*Distributio beneficiorum.*

A principio sui pontificatus Bonifacius per  
cunctas regiones sibi obnoxias voluit  
edici, se gratias collaturum Clericis om-  
nibus, qui venirent Romam. Itaque

*Frois. 4.c. 10.* quam plurimi se in viam dederunt: sed  
appropinquantes Marchiæ Anconitanæ,  
ac Æmiliæ magno in discrimine verfa-  
bantur. Nam Bernardus Salius, qui hoc  
confinium pro Clemente tuebatur, illos  
ex insidiis per vias observari jussit, ita ut  
multi libertate, multi vita privarentur.

*Gobel. c. 84.* Qui Romam advenerunt, emuncti pri-  
p. 274. mum argento; tentata dein eorum do-  
ctrina; postremo, cum beneficia distri-  
buerentur, Clerici pauperes in albo ulti-  
mi collocati sunt, ita, ut illa eis poene  
ne inutilia fierent. Nam quia Bonifa-  
cius anno secundo ac tertio albis pluri-  
bus cum suo nomine diem & annum al-  
bi primi apposuit, his albis comprehensi  
officiebant pauperibus, qui anno primo  
gratias impetraverant.

## §. LVI.